

quamuis in sua presentia consanguinei vel familiares ipsius, casu absq; ipsius mandato, consilio vel favore aliquod delictum commississent, quia non poterat prohibere, vt tenet Abb. in cap. cum d. causam, num. 19. & in cap. constitutus, el. i. num. 3. de testibus, Felinus late in cap. Petrus, de homicid. vbi alios Doctores allegat pro quo est bonus text. in leg. nullum, ff. de regulis iuris, vbi dicitur: Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non possit. Septimo est videndum; Vtrum rei tacendo, quando minister iudicis eidem dixit, estis caualleros me le ha quitado, vbi fuerint consentire & sibi in aliquo preiudicare? In quo tunc dicendum est, quod non, quia neque est legitime probatum, nec, si probatum esset, noceret eidem propria taciturnitas in re sibi adeo preiudiciali, per text. in l. penult. ff. de fort. per quem text. & alia iura tenet Bar. in l. que dotis, n. 24. ff. solut. matrim. & sibi l. as. n. 104. Felin. in c. nonne, n. 11. de presumpt. & n. 12. ampliat etiam, vbi quis poterat contradicere; Nam etsi ta coet, non presumitur consensus.

Quibus omnibus attentis non est habenda consideratio damorum, quae petuntur a reo, cum rei sint innocentes, & quod petitio sit extra rem, vt in l. si sterilitis, §. cum per venditorem, ff. de act. emt.

46 Praemaxime, quod tunc etiam si membrum remaneret debilitatum offensis, adhuc sibi delinquentibus non deberentur opera, nec aliquod interesse ratione ipsarum, cum non sint officiales, vt tenent Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iniuriis, §. 2. num. 5. in vers. quid si nullam artem exerceat, l. i. vbi inquit, quod nullae opere estimabuntur. Hoc etiam constat ex Azone in summa, in tit. de oblig. que ex quasi delict. nasc. numer. 11. & C. ad l. Aquil. & ex Marant. de ordin. iud. 4. p. princ. i. dist. num. 4. fil. 8. & tenet Anon. Gomez. c. 3. de homicid. nu. 37. & iterum c. 6. de iniur. num. 9. & est hodie expressa l. 6. ad fin. i. 5. part. 7. a contrario sensu. quod est fortissimum argumentum, vt in leg. 1. ff. de officio eius, & c. Haec causa fuit decisa, & dicit dominus Federicus fuit in totum absolutus: ceteri vero rei praesentes condemnati extraordinarie, & pro sua parte exstitit appellatum.

S V M M A R I A.

- 1 Chirographum habitum pro recognitio a iudice ob contumaciam parati, habet paratam executionem.
- 2 Verba instrumenti receptionis pretij an reddantur falsa, si testes dicant, nullum fuisse pretium numeratum, in sua presentia? & n. 3.
- 3 Instrumentum non est falsum, quod in se habet primordium veritatis.
- 4 Falsum non committitur absq; dolo.
- 5 Quotiescunq; aliqua causa subesse potest, etiam iniusta, excusatur quis a dolo.
- 6 Notarius committens falsitatem, non quidem dolose, sed culpabiliter, ob amorem paternum in ipsius defensione, non punitur de falso, ne priuetur officio, sed extraordinario multatur arbitrio iudicis.
- 7 Error excludit dolum, & in dubio potius presumitur error, quam dolum.
- 8 Regula text. in l. i. C. ad l. Cornel. de fals. que habet; Quod probato delicto, presumitur dolum, fallit in notario accusato de falso, vbi non constat de animo nocendi seu delinquendi, & n. 12.
- 9 Falsitas non presumitur, vbi agitur de modico prauidicio & paruo interesse.
- 10 Delictorum cum plura sint genera, non solet quis moueri ad delinquendum sine aliqua causa eum impellente, & dolum non solet committi sine animo lucrandi, & n. 12.
- 11 Cessante causa doli, debet cessare doli presumtio.
- 12 Notarius si apposerit vocacionem suorum in testamen-

- 10, etiam si probatum sit, testatorem suos non vocasse, ex hoc non potest dolum contra notarium considerari, ex quo doli causa nulla verisimilis imaginari potest, sed presumetur, notarium apposuisse per simplicitatem aut errorem, & sic deliquisse per culpam, non per dolum.
- 13 Qualibet causa, licet iniusta, excusatur a dolo.
- 14 Qualibet credulitas, etiam fatua, excusatur a dolo, & bona fides potest causari, etiam ex iniustis & temerariis causis.
- 15 Qualibet causa etiam minima, iusta vel minus legitima excusatur a dolo.
- 16 Qualibet causa, etiam iniusta & bestialis, excusatur a dolo.
- 17 Qualibet causa, licet iniusta, excusatur etiam a multa.
- 18 Tanta est iudicialis auctoritas, vt pro ipso semper presumi debeat, donec contra ipsum aliqua legitime comprobetur.
- 19 Falsitas, que alteri damnum nec infert nec inferre potest, non punitur.
- 20 Verbis notarij, de iis, que tempore instrumenti geri non poterunt, non creditur.
- 21 Falsitas non nocet, quando committitur circa id, quod de se non probat.
- 22 Imo hoc casu nec extraordinario puniri debet falsum committens.
- 23 Falsitas non nocet commissa circa scripturam, quae principio non faciebat fidem, etiam si postea ex statuto superueniente fidem faceret.

CONSILIVM XXXVII

Accusatur tabellio, quod in precepto iudicis de tradenda possessione virtute cuiusdam sententiae, (vulgo dicta de remate) retulerit quadam, que minime ita se haberent in processu, veluti, quod exsequutio fuisse facta virtute chirographi recogniti a parte, cum tamen vere & realiter recognitum non fuerit, sed pro tali habitum a iudice propter contumaciam debitoris citati ad recognoscendum. Item asseruit, quod praecona iudicis essent praestita seu facta, & quod pars sicut citata ad videndum fieri ultimam pignorum licitationem, & quod comparuit & se opposuit exsequutioni, & sibi a iudice fuerunt assignati decem dies, & alia huiusmodi, quae quidem minime ita se habebant: quamuis verum est, iudicem protulisse praed. sententiam & iussisse tradi creditore possessionem bonorum debitoris captorum pro praed. exsequutione. Errauit tamen tabellio in narratione actorum, ob quod accusatur de falso. Vt si processu absoluentus est dictus tabellio & liberandus a praed. accusatione, & quamuis aliqua, leui tamen poena propter negligentiam condemnatur, declarari tamen debet, falsitatem abesse atq; dolum, idque sequentibus fundamentis.

Primo, quia tunc nullum delictum potest considerari circa primam assertionem, nempe, quod exsequutio fuerit facta virtute cuiusdam chirographi recogniti a parte; Quandoquidem eandem vim habet ad hoc, vt habeat paratam exsequutionem, quod sit recognitum vel pro tali habitum in contumacia, tum iuxta stylum huius tribuualis, prout est probatum, tum etiam iuxta iuris dispositionem: quoniam non debet esse melioris conditionis contumax, quam comparens & recognoscens, vt expresse disponit l. vnic. in princ. et. §. li. 8. ordin. & in specie nostra probat Petr. Rebuff. i. tom. super constitutiones Regias, in tractat. de chirograph. nu. 98. & eum referens D. Cou. lib. 2. var. resol. c. 11. nu. 4. ad fin. & Didacus Perez in l. 4. vers. quid obsecro iuris erit, et. §. lib. 3. ordinam. col. 1090. Auendam. 2. part. cap. 30. praetor. num. 4. Quod cum ita se habeat, minime deliquisse videtur tabellio in praed. assertionem, quod optimo simili comprobatur. ¶ Quia verba in instrumenti receptionis pretij non reddun-

redduntur falsa, etiam si testes dicant, nullum fuisse pretium numeratum in sui presentia: quia possunt saluari in receptione ficta, quae fit per conuersionem vnus debiti in alterum, vt tenet Bart. in l. praedia, num. 3. ff. de acquir. poss. quem sequitur Montal. in l. 1. tit. 12. lib. 4. for. idem Bartol. loquens in verbis instrumenti, dedit & mutauit, in leg. singularia, num. 22. ff. si cert. petat. vbi lason. num. 45. alios referens, dicit xquorem contra Bald. & sequitur Paulus de Castr. consil. 120. num. 3. volum. 1.

3 Vbi tunc inquit non esse falsum instrumentum, quod habet in se aliquod veritatis, hoc est primordium veritatis, vt inquit Aymon Crauet. cons. 46. num. 8. lib. 1. vbi intelligit quando factum non fuit, mutando veritatem ob debitum falsum, imo ob verum, pro quo nullo modo litera praepertoria negari poterat, sicut contingit in proposito quia verum debitum praecessit, sicut ipsemet debitor fatetur in libello a se in iudicio producto, ob cuius confessionem & ob interlocutionem iudicis, quae habuit pro recognito d. chirographu, litera executionis faciendae & tradendae possessionis concedendae necessario erant, prout concessa fuerunt iuxta stylum & consuetudinem dicti tribuualis & Doctorum iuridicam praefatam determinationem: Ergo nullo modo potest dici falsum commississe dictum notarium. Et quamuis contra Bart. in d. praedia, num. 3. referat esse communem Additio ipsius ibidem, & Iulius Clarus in sua practica criminal. lib. 5. §. falsum, versiculo notarius, tamen in proposito tabellio falsarius minime dici potest, cum ipsius assertio, de qua agimus, inuictur primordium veritatis, nempe quia debitum est verum, & debitor ipse in praed. libello id recognouit, & sic necessario erant concedendae pro praed. debito literae supradictae, vt tradit Aymon vbi supra, & praeterea fatetur ipsemet Iulius Clarus in vers. praeterea excusatur testator, vbi supra, asserens, quod non potest dici falsum illud, quod inuatur primordium veritatis.

Praeterea idem tabellio a ceteris defenditur, quoniam ipse probauit cetera acta causae coram aliis tabellionibus gesta fuisse, non vero coram se, sicq; potuit credere recte gesta fuisse; quandoquidem approbata fuerunt a iudice, maxime quia testibus probauit, citationem praefatam, cuius defectus sibi imputatur, realiter factam fuisse, quamvis scripta non appareat.

4 Secundo tunc principaliter, quod tabellio supradictus nullam commiserit in praedictis falsitatem, sicque nullo modo poena falsi imponenda sit, tribus praecipuis rationibus probatur. Prima est quoniam falsum non committitur sine dolo, l. i. in princ. & in l. impuberem, in princ. ff. de fals. Cyn. & alii Doct. in leg. exemplum, C. eodem tit. est communis secundum Iulium Clarum in pract. criminal. §. falsum, vers. excusatur autem, probat bene Paulus de Castro consilio 157. numero 1. volum. 1. idem Paulus de Castro loquens in notario consilio 371. n. 5. volum. 1. Vbi etiam tunc dicit, quod quoties aliqua causa subesse potest, etiam non iniusta, excusatur quis a dolo, iuxta glos. magna. in fin. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. de qua inferius dicitur. ¶ Tandem concludit Paulus, quod quando notarius non fecit dolose, sed culpabiliter, ob amorem paternum in ipsius defensione (quo casu voluntas clara tunc videtur interuenire mutandi veritatem) nihilominus inquit ipse, mitius agendum esse cum eo, vt non puniatur de falso, ne priuetur officio, quod est magna poena capitis, honoris & diminutio, vt in l. testamento Centurio, ff. de testam. mili. Sed posito, quod probaretur mutasse veritatem, quadae extraordinaria multa multandus esset ad arbitrium iudicis, quia propter culpam non punitur quis criminaliter & ordinarie, sed extraordinarie, vt ibi bene probat. Sed in praesenti nullus animus mutandi veritatem interuenit, nec causa

tangebatur consanguineum, affinem nec amicum ipsius notarij: Igitur non est praesumendus dolum in eo: ac per consequens, de falso nec criminaliter debet puniri, nec forsan extraordinarie, ex iis, q. infr. dicentur. Idem tenet loquens in notario inquisito de falso idem Paulus de Castr. consil. 364. per totum, vol. 2. Vbi tunc inquit, quod error excludit dolum, & quod in dubio potius praesumitur error, quam dolum, l. penult. C. de iis, qui sibi in testam. adscrib. & l. senatus, eod. tit. Na frequenter contingit, quod notarij per errorem omittunt aliqua scribere in instrumento, etiam de pertinentibus ad eos. Et tandem concludit, quod posito, quod deliquisset, non meretur poenam falsi corporalem, sed leuem extraordinaria ratione culpa non doli. Addit. Rolan. a Valle consil. 38. n. 31. lib. 1. cum gl. & Marfil. que refert, quod notarius in dubio non praesumitur falsarius, & n. 39. cum Bald. & alijs; quod potius praesumitur ignorantia, vt euitetur falsitas.

Neq; tunc obstat, si dicatur, quod probato delicto praesumitur dolum, iuxta l. i. cum materia. C. ad l. Cornel. de fals. quia licet id sit regulariter verum in delictis, fallit in notario accusato de falso, vbi non constat de animo nocendi vel delinquendi, sicut in nostro casu contingit, quia nec constat nec probatur, quod d. tabellio fecerit praed. assertionem animo nocendi alicui: imo probatum existit, quod si aliquis defectus interuenit, id minime fuit dolo nec malitia, sed potius negligentia: sicque potius praesumitur error quam dolum, vt asserit Paulus de Castro, d. consil. 364. vol. 2.

Item vbi tunc agitur de modico prauidicio & paruo interesse, non praesumitur falsitas, quia non subest causa verisimilis, quod pro modico uoluerit quis falsum aut fraudem committere: falsitasq; non praesumitur dolo commissa a notario, nisi, quando aliquod emolumentum, committens falsum, consequitur: quia falsitas non potest committi sine aliqua causa. ¶ Nam delictorum eum plura sunt genera, non solet quis moueri ad delinquendum sine aliqua causa eum impellente, & dolum non solet committi sine animo lucrandi, vt pluribus relatis resoluit Rol. a Valle consil. 38. n. 37. & segg. lib. 1. & Aymon Crauet. consil. 75. n. 13. & 14. lib. 1. plures allegans: vbi etiam, quod cessante causa doli debet cessare doli praesumptio, vt in terminis ad excusandum notarium allegat Socin. consil. 277. col. 1. vers. & super hac varietate, l. 2. qui est omnino videndus, dicens, quod iura potius praesumunt errorem in tabellione, quam dolum, nisi aliter probetur, vt in l. quoties, §. 1. & ibi Bart. & alij, ff. de hered. insti.

Vnde tunc infert Crauet. vbi supra. n. 14. quod si notarius apposerit vocacionem suorum in testamento, etiam si probatum sit, testatorem suos non vocasse, ex hoc non potest dolum contra notarium considerari, ex quo doli causa nulla verisimilis imaginari potest per supradicta: sed praesumeretur, notarium apposuisse per simplicitatem aut errorem, & sic deliquisse per culpam, & non per dolum.

Item quod dolum non solet committi sine animo & causa lucrandi, & quod falsitas non praesumatur dolo commissa a notario, nisi, quando committens falsum, consequitur aliquod emolumentum, tenet cum alijs nouissimis idem Rolan. a Valle consil. 11. n. 56. & segg. lib. 3. & quod cesset praesumptio falsitatis, quando ex ea nullum quis consequitur commodum, tenet alios allegans Aymon. d. consil. 75. n. 17. Sed in proposito nullum commodum neq; lucrum reportauit notarius hic accusatus, nec maius interesse consequutus fuit ex d. relatione, quam si facta non fuisset, vt optime probatum existit in processu; Igitur neq; dolum neq; falsitas commissa est.

Tertio respondeo ad d. l. i. C. ad l. Cornel. de fals. quod licet praesumatur, dolum probatur delicto, a dolo tamen excusatur qualibet causa, licet iniusta, vt tenet glos.

n.l. Plagij, la 2. ver b. iusta ducti. C. ad l. Flavianam de plagiar. dicens, quod quilibet ignorantia, etiam iuris, excusat a dolo: & est communis regula secund. Curt. l. in l. 1.
 14 *n. 6 ff. quod quisq. iur. q. Vbi t. addit, quod imo quilibet* credulitas, etiam fatua, excusat a dolo, & quod bona fides potest causari etiam ex iniustis & temerariis causis, dicens, menti tenendum ex testimonio Baldi. *q. Et quæ-*
 15 *libet t. causæ, etiam minima iusta & etiam minus legi-* tima, excusata dolo, vt late tradit Matth. de Afflict. de
 16 *cus. N. cap. 360. n. 6. q. Et quod t. quilibet causæ, etiam in-* iusta & bestialis, excuset a dolo, testatur communem
 42. *C. de transact.*
 17 *Quælibet t. etiam causæ, licet iniusta, excusata a mul-* ta, gloss. in l. satisq. ff. de in ius voc. similis in l. 1. *ver b. hoc* *iudicium, in fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* vbi Dd. *eam* sequuntur. Et illa glo. solet ad hoc semper allegari *secund. Paul. in s. 1. illius l. nu. 2. sequitur Orosc. in d. l. v-* *nic. s. fin. n. 7. refert lal in d. s. qui iurasse, in princ. n. 6. Sed* *notarius hic satis causæ habuit credendi, omnia sole-* *mnia interuenisse in ipsa exsequutione propter senten-*
 18 *iudicis (de remate, vulgo dictam) quia t. tanta est iudi-* *cialis auctoritas, vt pro ipsa semper presumi debeat, do-* *nec contra ipsam aliquid legitime comprobetur, in c. in* *praesentia, & venunt. Igitur excusatus remanet notarius.*
 19 *Secunda & t. principalis ratio in fatorem d. notarij* *accusati est huiusmodi. De falsitate quis puniri nō po-* *test, nisi talis falsitas sit alicui nocitura; Nam si alteri* *damnum non inferat nec possit inferre, licet falsum cō-* *mmissum sit & dolose tamen talis falsitas non punitur,* *iuxta tex. & gl. Cyn. Bar. Bal. & Saly. in l. damus, C. de falsi-* *Ang. in tract. de malef. ver b. fallario, n. 3. fol. mibi 81. tradit* *bene Mat. de Affl. et. der. N. cap. 21. n. 12. & seqq. testatur* *communem plures referens Cou. de pact. in 6. 1. p. 7. n.* *6. col. 3. illius n. tradit etiā Rol. a Valle consil. 38. n. 19. & seqq.* *lib. 1. l. 1. consil. 153. col. 4. lib. 2. quem refert Aymon consil. 46.* *n. 1. lib. 1. Et vltra dolum requirit, quod falsitas sit alteri* *noctua ad hoc, vt puniatur, tenet etiā Paul. de Cast. consil.* *157. n. 1. & seqq. lib. 1. testatur communem plures referēs* *& dicens, ita fuisse seruatum per Senatam in quodā er-* *rore commisso per quendam notarium, lul. Clar. in pract.* *S. falsum, ver s. item excusatur, vbi late agit, an aliqua pec-* *na extraordinaria puniatur, & Bossius in d. fals. n. 90. sed in* *nostro casu ex præd. assertione vel relatione notarij, de* *qua accusatur, nullam alicui damnum illatum fuit; Nam* *etiam absq; ea index præcipere tradere possessionē bo-* *norum pro exsequutione captorū ipsi creditori virtu-* *te d. sententiæ de remate, a se prolata, vt est probatum, &* *præterea est notorium, & sic non datur falsitas saltē pun-* *ibilis: quo fit, vt nec etiam damnum aliquod immed-* *iate inferri potuit ex d. assertione solum, sed ex ipsa* *met sententia.*
 20 *Tertia & t. præcipua ratio in fauorem d. notarij est:* *quia non creditur verbis notarij de iis, quæ tempore in-* *strumenti geri non potuerunt, text. in c. quoniam contr.* *de probat. & ibi Doct. præcipue Innocen. & per Bart. in l.* *serendum, ff. de verb. oblig. gl. & Doct. in l. 1. C. de fide instru.* *& iure hys. fiscal. lib. 10. Paul. de Cast. consil. 186. n. 2. l. 1. idem* *Paul. consil. 428. n. 5. lib. 1. dicens, non credi notario asserenti* *hoc interuenisse, nisi in ijs, quæ tempore instrumenti* *fieri potuerunt, & sic non creditur verbis instrumenti* *dicentis, item contestatam, iuratum de calumnia, & c. Et* *hæc est communis regula secund. eund. Paulum consil. 202.* *n. 4. lib. 1. vbi limitat duob. modis. Primo, si tempore cō-* *fessionis instrumenti, quādo aliquid narratur per prius* *interuenisse, pars præsens & tacēs fuit. Secundo qñ non* *fuit præsens, sed est temporis longinquitas, ita qd diffi-* *ciliter vel nullo modo potest probari: quia tunc presu-* *mitur pro narratis in instrumento, etiam si tēpore con-* *fessionis ipsius gesta non fuerint nec geri potuerunt.*

Sed sic test quod quando falsitas committitur circa
 id, quod de se non probat, nō nocet, vt tenet Hippolyt.
 in l. qui falsam, n. 26 ff. de falsi. & ex falsitate cōmunita super
 scriptura, cui nulla fides danda est, prout est scriptura
 priuata (vel adde tu relatio instrumenti, de iis, quæ nō
 potuerunt tempore instrumenti geri, vt supra dictum
 est) nulla pœna venit quis puniendus, gl. & Doct. in
 in l. damus, C. de falsi. Paul. de Castro consil. 130. per totum,
 vbi in finem, vol. 1. vbi alios allegat, Roland. a Valle plures
 referens consil. 38. num. 9. & 19. lib. 1. Crauet. consil. 46.
 num. 1. volum. 1. q. Vbi, quod t. hoc casu accusatus neq;
 22 *extraordinarie debet puniri ex consilio Pauli sup. præ-* *xime relato, testatur communem Iulius Clarus vbi su-* *pra, versiculo, item excusatur, ibi, hinc inferitur, vbi etiam,* *an extraordinarie puniatur. Et de scriptura priuata vi-* *dendus est Bossius in sua practica criminal. tit. de falsi nu-* *mer. 81. & sequentibus. q. Et inquit t. idem Bossius in d. 23* *his, qui sibi adscrib. in testamento, numer. 6. quod semper* *ponderatur in proposito, quod scriptura faciat fidem,* *adeo, vt si etiam a principio non fecisset fidem, & ta-* *men postea ex alio statuto superueniente faceret, ces-* *saret pœna dict. tit. dicens esse communem. Quibus* *simul in cōtis cum bona fama & fidelitate probata dicti* *notarij, quam etiam aliqui ex doctoribus supra citatis* *considerant, absolueus venit præfatus notarius saluo* *mehiori iudicio Placentiæ 21. mensis Iulij ann. 1574.* *Hæc causæ iudiciali sententia fuit diffinita, qua index* *declarauit, viso hoc consilio, dict. tabellionem dolo ca-* *ruisse in supradictis, de quibus accusatur: & propter* *aliquam culpam & negligentiam fuit condemnatus qua-* *dam leui pœna extraordinaria, pecuniæ scilicet & exli-* *lij voluntarij.*
 *Post huius operis primam editionem ad manus nos-
 tras peruenerunt consilia Doctissimi Francisci Beccij,
 qui in consil. 78. per totum lib. 1. alium notarium de falso
 accusatum defendit ex omnibus præd. rationib. & cō-
 muniob. conclusionibus, quas ibi in terminis probat
 & pluribus auctoribus exornat, & præterea ex aliis suo
 casui opportunis, sicq; hæc duo consilia simillima ad
 defendendum notarios in similibus casibus de falsitate
 accusatos.*

SUMMARI A.

- 1 *Consuetudo excusat a pœna temporali, licet non ab spi-* *rituali.*
- 2 *Consuetudo, etiam non legitime prescripta, sed quando* *aliquid sit per quatuor vel quinque annos, & publi-* *ce licere arbitretur, hoc solum excusat a pœna tem-* *porali.*
- 3 *Consuetudo excusat notarios & alios scribentes & pœna* *falsi.*
- 4 *Vnus testis contradicens instrumento (quod ad mate-* *riam criminalem attinet) non operatur plus, quam* *ut detur iudici materia inquirendi & capiendi, &* *quomodo tunc coadiuuatur instrumentum? & n. 5.*
- 6 *Testes quot aduersus instrumentum requirantur ad* *pœnam falsi imponendam tabellionis & ad torturam.*
- 7 *Instrumentum non debilitatur, etiam si testes instrumen-* *tarij non recordentur ipsius.*
- 8 *Facilius fit reprobatio instrumenti, ne ei detur fides,* *quam vt falsum arguatur.*
- 9 *Testes instrumentarij si directo contradicant instru-* *mento, nemo potest de falso propterea puniri, nec* *notarius propter testes, nec testes propter instru-* *mentum.*
- 10 *Testes quot requirantur pro reprobatione instrumenti,* *& n. seqq. & que debeant interuenire, adden. 12.*
- 13 *Quando vnus testis in iudicio dixit, se non recordari,* *& extra iudicium affirmauit se recordari, detrahatur* *ei ius*

- eius dicto iudiciali, adeo, vt secundum id sententia seren-* *da non sit: & non adhibetur ei tanta fides quanta adhibe-* *retur, si contrarium non dixisset extra iudicium, vt in nu.*
 14.
 15 *Testamentum iure regio valet, & sustinetur, quamuis nul-* *lus haeres in eo instituitur, & quis tunc succedat?*
 16 *Ratio, quare testes vicini requirantur iure regio in testa-* *mento nuncupatiuo.*
 17 *Presumitur quis errore potius aliquid fecisse, quam ex ma-* *litia, vt a pœna falsi excusetur.*
 18 *Si vnum fuit dictum per contrahentes, & aliud scriptum* *per notarium, non presumitur dolose, imo errore factum,* *nisi alijs circumstantijs aliud appareat.*
 19 *Tabellio priuatus, si conficiat instrumenta tanquam ta-* *bello, non punitur pœna mortis, quia habuit primordi-* *am veritatis.*

CONSILIVM XXXVIII.

Offert se nobis defendendus alius Tabellio rura-
 lis, qui accusatur ex eo, quod instrumenta de qui-
 bus a partibus fuit rogatus non impleteret: sed in albo
 dimitteret scribens solummodo substantiam eorum,
 & concessionem, vulgo dicto, el otorgamiento de las par-
 tes.
 Sed hoc quamuis l. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ copil. regiæ
 prohibeat, non tamen pœnam imponit in hac parte
 aliter facientibus, sed contra eos, que tomando las escri-
 pturas por registro o memorial, o en otra manera las dan signa-
 das: sin que primeramente, se asienten en el libro y protocolo. Et
 quamuis aliqua pœna imponi posset priori casu, ab ea
 tamen excusat consuetudo vniuersalis apud omnes ta-
 belliones, qui idem faciunt, vt probatum est in pro-
 cessu. Quia t. consuetudo excusat a pœna temporali, li-
 cet non ab spiritali iuxta gloss. in c. cum venerabilis, de con-
 suetudin. latissime Iason. in l. de quibus, numer. 7. & sequenti-
 bus, Digest. de legibus idem in l. singularia, numer. 46. in fine, &
 numeris sequentibus, Digest. si cert. pet. & ibi additio Barcel. su-
 per n. m. 25. l. 1. A. idem Iason. in l. 3. §. iurari, numer. 16. ff.
 de iure iur. loam. Orosc. in l. quod non ratione, numer. 7. & 8. Di-
 gest. de legibus vbi loquitur in consuetudine etiam ini-
 qua, & irrationabili & latissime Couartu. de pact. in 6. 1.
 part. 5. 7. numer. 2. column. 2. illius numeri & Auend. 1. p.
 c. 2. numer. 14. & Hippolyt. in l. 1. in princ. numer. 82. & sequen-
 tib. ff. ad Cornel. d. sicar. & omnino est videendus Capola
 consil. crimin. 13. per totum.
 Vbi, t. quod etiam si consuetudo non sit legitime
 præscripta, sed aliquid fiat per quatuor, vel quinque, an-
 nos, & publice licere arbitretur, hoc solum excusat a
 pœna temporali.
 Et t. aliqui ex supra dictis præcipue Hippolyt. vbi su-
 pra alios allegans addit, quod consuetudo excusata
 pœna falsi, & l. 1. in d. l. de quibus, numer. 9. quod consue-
 tudo excusat notarios, & alios scribentes a pœna falsi,
 idem in d. l. 3. §. iurari, numer. 16. circa secundum caput, de
 quo idem notarius accusatur, nempe, quod confecerit
 codicillum falsum, quia testator eum non concessit
 vt testatur vnus ex testibus instrumentariis, & alii
 duo scripti etiam in eodem codicillo dicunt se non re-
 cordari: hoc non obstante dictus notarius puniri de
 falso non potest: quoniam ipse produxit alium testem
 si se digam affirmantem fuisse concessum d. codicil-
 lum a testatore sicut in eo continetur, quia ipse id vidit,
 & quod fuerunt præsentem concessionem testes in ipso
 codicillo descripti, quorum duo supra dicti id non
 contradicunt, licet eius facti non sint memores: iuxta
 ea que tradit Aegydus Bossius in sua pract. crim. tit. de falso.
 4 numer. 28. & sequentibus. Vbi t. tenet, quod licet vnus re-
 testis contradicens instrumento redat ipsam suspen-
 sionem, tamen quod ad materiam criminalem attinet,

non operatur plus, quam vt detur iudici materia inqui-
 rendi & capiendi. Et nu. 30. & sequentibus inquit, quod
 hæc suspicio enervatur t. coadiuuando instrumentum,
 & coadiuuatur per testes scriptos, vel alios non roga-
 tos, quando est testis ex necessarii ille, qui contra di-
 cit: quia si est superuacaneus, instrumentum satis est
 coadiuuatum per se, quia restat sufficiens numerus: &
 ad coadiuadum testibus instrumentum sufficit, quod
 sint tot coadiuuantes, quot impugnantes, quia præ-
 ualet instrumentum propter auctoritatem notarij &
 ibi, quid quando impugnantes sunt plures. Et numero
 31. infert satis ad propositum, quod si vnus solus con-
 tradicit, etiam vnus solus coadiuuat, quia vna suspicio
 tollitur per aliam. Et t. tandem numero 40. quærit an
 duo testes impugnantes faciant, vt notarius possit puniri
 de falso & numer. 41. concludit cum Salic. quem se-
 quitur in l. in exercendis, vers. quarto, iuxta quæstio-
 nem præcedentem in fine quæstionis, numer. 5. Codic. de
 fide instrum. quod tres ad minus testes instrumentarij
 requiruntur ad pœnam falsi, & ad torturam duo, &
 quod vnus contra alium non facit indicium. Idem plures
 allegans probat Roland. a Valle consil. 38. numer. 3. & sequen-
 tibus lib. 1. post Aymon. consil. 74. numer. 3. cum ergo in præ-
 senti casu non sit, nisi vnus testis contradicens, alii au-
 tem sint adiuuantes instrumentum, consequens est, vt
 t. minime possit puniri de falso notarius, hic, cum cæ-
 teri testes instrumentarij non contradicant, licet non
 recordentur, quod non debilitat fidem instrumenti,
 vt est text. expressus in l. 11. in versicul. capor. esso. ibi. E
 los testigos, ante quien fueren fechos no se acordassen de ellas. tit.
 18. part. 3. quia memoria hominis labilis est, nec com-
 muniter testes sunt intenti sicut tabellio, vt inquit ibi
 Gregor. Lopez in glo. e los testigos, & interminis tenet Salic. in
 d. l. in exercendis, numer. 5. Aegyd. Bossius in sua pract. criminal.
 tit. de falsi num. 11.
 Pro t. quo etiam facit: nam facilius fit reprobatio in-
 strumenti, ne ei detur fides, quam vt falsum arguatur,
 vt alios allegans tenet Aymon. Crauet. consil. 56. numer.
 20.
 Et t. inquit singulariter Thom. Gramma. alios allegans 9
 voto 26. num. 16. quod si testes instrumentarij de directo
 contradicant contentis in testamento, nemo potest
 propterea de falso puniri, nec notarius propter testes,
 nec testes propter instrumentum, quem refert & sequitur
 Roland. a Valle consil. 38. num. 41. lib. 1.
 Faciunt t. etiam in fauorem huius notarij tradita per 10
 Couart. lib. 2. var. resol. cap. 13. numer. 11. vbi resoluit cum
 communi, duos testes ad minus requirit pro reprobatione
 instrumenti, & tres, vbi præter authorita-
 tem tabellionis testis vnus pro instrumento testimo-
 nium exhibuerit, & non requirit ad auctoritatem in-
 strumenti ipsius tabellionis vna vocis testimonium.
 Et t. licet asserat instrumenti fidem vacillare per
 11 *vnum testem instrumentarium ex his qui necessario* *adesse debent ad integritatem, & vim instrumenti, si* *aduersus id testificetur, id tamen procedit respectu fi-* *dei instrumenti, non tamen respectu notarij, nec con-* *tra eum, maxime quando adest alius testis in fauorem* *instrumenti, per supradicta. Et num. 12. dominus, Praesul* *vbi supra t. concludit plura requiri ad reprobationem* *directam instrumenti publici iure regio: primo quod* *tabellio non sit bonæ famæ. Secundo testes ipsos esse* *probos viros. Tertio actum ipsam, cuius instrumen-* *tum meminit non esse antiquum, sed paucis ante an-* *nis contigisse. Quarto quod omnes testes instru-* *mento adscripti vnanimi & concordati testimonio ad-* *uersus instrumentum iurati testificentur per dict. leg. 115.* *titul. 18. part. 3. quæ lex optima est, & expressa in* *proposito, & ponit gladium ad radicem. Nam dicit,*
 EEE